

кат. кон.



203430

[1-4,4a,4b,5-7] II



[1-4, 42, 44, 5-7]

Nr. 55-

5795

CELNIEJSZE UTWORY ŁACIŃSKIE

JANICKIEGO, KOCHANOWSKIEGO I SARBIEWSKIEGO

ZE WSTĘPEM I OBJAŚNIENIAMI

WYDAŁ

Dr. M. JEZIENICKI,

PROFESOR V. GIMNAZYUM I DOCENT UNIW. WE LWOWIE.

CZĘŚĆ II.

WE LWOWIE
NAKLADEM AUTORA
1899

IANICII, COCHANOVII, SARBIEVII CARMINA SELECTA

EDIDIT,

PRÆFATIONE INSTRUXIT, ADNOTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

Dr. M. IEZIENICKI,

PROF. V. GYMNASII ET PRIV. DOC. IN UNIV. LEOPOLITANA.

PARS II.

LEOPOLI
SUMPTIBUS AUCTORIS
1899

Elegia X.

Ad Raphaëlem Vargavium iter in patriam adornantem.

Ibis iter longum, mihi taedia longa relinques,
 Ut patriae videas dulcia rura tuae,
 Vargavi, qui non, ut sum tibi coeptus amari,
 Desinis officiis me cumulare tuis.
 Ibis, ego interea superos in vota vocabo, 5
 Ut cito te revehant restituantque mihi.
 Nam sine te quid in hac, quo recreer, urbe videbo,
 Quidve, tuus Clemens quo capiat, erit?
 Est, fateor, locus hic, qui delectare vel ipso 10
 Aspectu quemvis et recreare queat;
 Est populus, quem iure probes, est copia rerum,
 Sunt fora, sunt magni plurima templa Dei;
 Fama recens semper variis a partibus orbis,
 Hac et longinquum qui facit hospes iter.

Elegię X., jedną z najpiękniejszych z całego zbioru, skreślił poeta w Krakowie w marcu r. 1542. Przypomina ona w niektórych szczegółach Hor. Epod. I. i Tib. I. 3. Wystosowana jest do serdecznego przyjaciela poety, Rafała Wargawskiego, późniejszego kanonika i proboszcza katedralnego w Krakowie. Tenże wybierał się na wiosnę r. 1542 z Krakowa w podróż do ojezystych stron w Wielkopolsce, leżących w pobliżu rodzinnej wioski Janickiego. W powyższej elegii żegna poeta w serdecznych słowach swego przyjaciela, wyrażając głęboki żal, że go opuszcza. On sam wespół z Wargawskim chętnieby się wybrał do rodzinnej wioski, — by oglądać matkę i brata, których od sześciu lat nie widział, i pomodlić się na grobie ojca, który zmarł, nie zobaczywszy syna po powrocie z ziemi Auzońskiej, — gdyby choroba nie przykuwała go do łoża. Wkońcu życzy poeta przyjacielowi szczęśliwej

drogi i rychłego powrotu do Krakowa.

Iter adornantem, zam. zwykłego słowa: comparantem lub parantem.

3. ut, spójnik czas. — tibi, dat. auct. = a te.

5. superos in vota vocabo = deos votis (w modłach) invocabo. Por. Verg. En. 5. 234: divosque in vota vocasset, i 7. 471.: divosque in vota vocavit.

7. in hac... urbe t. j. w Krakowie.

9. locus hic (t. j. Kraków), jest podmiotem; przed *qui* trzeba się domyślić talis.

11. Est, scil. Cracoviae; populus, o mieszkańcach Krakowa.

13. Variis = diversis.

14. Łącz: Fama... orbis et hospes scil. Cracoviam venit, qui hac (t. j. przez Kraków) longinquum iter facit. Mowa tu o ludziach, którzy, odbywając podróże do dalekich krajów, w Krakowie się zatrzymują.

Incumbunt urbi colles turresque Vaveli, Vicina mugit Vistula raucus aqua.	15
Iamque dies nitidi mundique iuventa redibit, Verque suas ad nos iam revocabit opes; Omnia ridebunt, volucrum mulcebitur aër Cantibus, omnis ager, lucus et omne nemus.	20
Gaudebunt sed enim iis alii, quicunque fruentur, Non ego, quem toto tempore lectus habet, Totque voluptates, bona tot communia ne quid Pertineant ad me perveniantque, facit.	
Ergo mihi soli sunt oblectamen amici, Et fallunt nostri taedia longa mali; Visunt, solantur, disturbant nubila mentis, Utque animum foveam spe meliore, iubent.	25
In quibus ipse unus cum sis et primus in isto Ordine, discessu maereo iure tuo.	30
Crede, tua teneor sic consuetudine et imum Cor mihi tam magno flagrat amore tui, Ut malim tecum in terris, ubi nulla voluptas Sincera est, longas continuare moras,	
Quam sine te in caelo fieri conviva deorum, Permittatur ab iis optio si qua mihi.	35
O ego nunc aliquas vires et corpus haberem, Quod patiens pluviae sit patiensques Noti! Non hoc solus iter faceres, comes ipse venirem Et fierem currus sarcina prima tui.	40

15. Vavelus, góra Wawel, na której się wznosi zamek królewski z wieżycami.

16. Vicina, scil. Vavelo.

17—20. opisuje poeta wszystkie czary i piękności wiosny mającej wkrótce zawitać; poeta bowiem pisał ten wiersz w marcu.

21. sed enim, a jednak. — iis, (czytać jako wyraz jednozgłoskowy) należy także do fruentur.

23. Łącz: facit (scil. lectus), ne quid (= aliqua parte) tot voluptates, tot bona communia ad me pertineant perveniantque.

25. soli należy do amici.

26. fallunt, skracają, łagodzą. — mali, o chorobie poety.

28. Łącz: et iubent, ut animum... foveam.

33. Myśl w. 33—36 jest nst.: Wolałbym z tobą żyć w nieszczęściu, niż doznawać najwyższego szczęścia bez ciebie.

36. iis, tu wyraz jednozgl.

40. sarcina prima zam. primus, t. j. ja pierwszy obciążyłbym (wsiadłbym) twój wóz, t. j. ja pierwszy towarzyszyłbym ci w podróży do stron rodzinnych.

Arva salutarem tua laetus et arva viderem,
 Quae te delicias progenuere meas.
 Tu quoque, si velles, posses mea rura videre;
 Non procul a vestra nam mea distat humus.
 Dulcis humus, quae iam septem non vidit ab annis 45
 Ianicii, multum quo tumet, ora sui,
 Cum tamen hoc unum imprimis suspiret et optet,
 Hoc unum superos nocte dieque roget.
 Tempus erit, veniam, parvi gaudete penates!
 Quo vestra intrabo limina, tempus erit. 50
 Et matrem servate mihi fratremque; doloris,
 Quod pater interiit, sit mihi, quaeso, satis.
 Interiit, nec me reducem conspexit ab orbe
 Ausonio, in votis quod sibi semper erat.
 Sed quam difficiles, Parcae, illi in vota fuistis, 55
 In mea tam faciles nunc, precor, este mihi.
 Accelerate diem, qua solvam iusta sepulcro
 Illius et tali carmine busta notem:

44. mea... humus, t. j. Januszkowo, rodzinna wioska Janickiego.

45. septem ab annis, liczba 7 lat, w ciągu których Janicki nie oglądał wioski rodzinnej, nie jest całkiem dokładną; licząc bowiem od kwietnia lub maja r. 1536, kiedy to nasz poeta dostał się na dwór prymasa Krzyckiego, aż do marca r. 1542, w którym została skreślona powyższa elegia, otrzymamy właściwie niespełna 6 lat. Liczba 7 lat da się wyjaśnić tą okolicznością, że Janicki obliczał ów przeciąg czasu na sposób Rzymian, którzy, jak wiadomo, podając ogólną sumę dni miesiąca, doliczali do niej nie tylko dzień do którego liczyli, lecz także dzień, od którego rachubę zaczęli.

46. tumet, t. j. wioska rodzinna była dumną z tego, że tak sławnego poetę na świat wydała; stąd: sui.

48. superos = deos.

49. Tempus erit, veniam, krótko, zam. quo veniam. — parvi penates, ze względu na mały wiejski domek i szczupłe gospodarstwo rodziców poety.

51. Łącz: sit mihi, quaeso, satis dol., quod p. int.

52. Ojciec poety umarł prawdopodobnie w r. 1541.

53. reducem... ab orbe Ausonio, mowa tu o powrocie poety do ojczyzny ze studyów w akademii państwowej w r. 1540.

54. in votis... sibi (zam. ei) erat, było jego (ojca) gorącym życzeniem.

55. difficiles illi in vota = diff. in vota illius. — w. 56. faciles in mea (scil. vota). Facilis, difficilis in vota alcus, łaskawy, nielaskawy dla życzeń czyichś. Składnia facilis i difficilis z *in c. accus.* za przykładem Owid. — 58. illius = patris. — busta, plur., o jednym nagrobku.

- Hic tegor agricola obscurus, sed laude poetæ,
 Quem genui, per tot compita clarus eo. 60
 Sed reflecto viam, de qua deduxerat ingens
 Et patriae et cari me genitoris amor.
 Invideo tibi, Vargavi generose, quod agros
 Aspicias patrios aspiciasque larem.
 Invideo, simul opto tamen, praecedat euntem 65
 Omine felici candida semper avis.
 Iucundi spirent Zephyri, quacumque fereris,
 Deiciat nullas nubilus Auster aquas.
 Sed precor imprimis, aptet tibi Daedalus alas,
 In quibus effugit Gnosia tecta, suas, 70
 Ut citius venias, quo tendis, et inde recurras
 Hanc quoque, praestituis quam mihi, et ante diem.

60. per tot compita clarus eo, t. j. sława moja rozchodzi się daleko i szeroko po świecie. Powyższe słowa epitafu fikcyjnego, gdyż nie był on nigdy wryty na nagrobku zmarłego ojca, podyktowało poecie przeczczenie nieśmiertelnej sławy, jakiej spodziewał się zażywać u potomności.

61. reflecto viam = redeo ad viam, propositum, wracam do rzeczy, t. j. do osoby Wargawskiego, o którym była mowa w w. 44. Zwrot reflecto viam, nie znajdujący się u klas. pisarzyw rzym., urobił poeta według analogii zwrotu: pedem reflectere, u Cat. 64. 112, i gressum refl. Sen. Thyest. 428.

63. generose, gdyż Wargawski był szlachcicem herbu Rola.

64. larem, meton. o domu rodzinnym.

65. euntem (= proficiscentem), scil. te.

67. nubilus Auster, chmury gromadzący A., podobnie Owid. Pont. 2. 1. 26. i Prop. 2. 13. 56.

68. aquas, o deszczu.

70. In quibus, błędnie zam. quibus; jest to może polonizm (ulecieć na skrzydłach). — Gnosia tecta, zamek króla Minosa w mieście Gnosus na wyspie Krecie.

72. Łącz: et ante hanc quoque diem, quam mihi praest. Et — quoque i etiam quoque, zam. samego etiam spotykamy tylko w archaicznej i późniejszej łacinie; et quoque ma Plin. 8. 16. (21); quoque etiam Plaut. Merc. 2. 2. 56. — Ter. Hec. 5. 1. 8 i 35, etiam quoque Lucr. 5. 517.

Variarum Elegiarum liber.

Elegia II.

Natalem Cricii celebrat et miram hiemis temperiem, quae per id tempus
acciderat, describit.

Lux Cricii natalis adest, gaudete Poloni,

Et laeti festum concelebrate diem.

Nunc decet ornatis crines redimire coronis

Sollemnesque umeris composuisse togas.

Nunc decet aurato torques appendere collo,

Chrysolithis nitidas irradiare manus.

Quicquid opum latuit, nunc depromatur in usum,

Quicquid et a rubris India misit aquis.

Cesset opus, cessent iratae iurgia linguae,

Candida pax nivea cum bonitate veni!

Turba, sacris segetem flammis adolete Sabaeam

Et quicquid placidi vendit odoris Arabs.

Illa dies haec est felicitis conscia partus,

Quae matri Cricium Sarmatiaeque dedit,

Qua nostris est natus honos et gloria rebus,

Praesidium patriae praesidiumque mihi,

Elegię II, przypominającą w niektórych szczegółach Tib. II. 2, skreślił poeta z końcem listopada r. 1536, prawdopodobnie w Krakowie, ku uczczeniu dnia urodzin Krzyckiego, przypadających na św. Andrzeja (30. listop.).

1. Lux = dies. — O Krzyckim i stosunku jego do Janickiego zob. Wstęp str. 13.

3. crines redimire coronis; poeta naśladuje zwyczaj starożytnych Greków i Rzymian, którzy podczas uroczystości i biesiad zrobili głowy wiencami.

4. sollemnes... togas, o szatach świątecznych.

5. aurato torques app. collo, zam. auratas torques app. collo (hypallage adiect.).

6. chrysolithus, topaz; poeta miał

tu prawdopodobnie na myśli złote pierścienie wysadzane topazami.

8. a rubris... aquis = Mare Erythraeum, na południowym wybrzeżu Arabii i Indyi Wschodnich. W słowach: Quicquid—aquis ma poeta na myśli perły, których połów odbywał się głównie w morzu opływającym Arabię.

11. Turba, gmin, pospólstwo, w przeciwieństwie do szlachty, do której się odnosią ww. 1—10. — Turba—adolete, constr. ad sensum. — seges Sabaea, kaczidło, które rozdziło się w Arabii szczęśliwej (felix), szczególnie w okolicy miasta Saby.

13. Haec illa dies, ten sławny dzień, t. j. dzień św. Andrzeja (30. listop.). — Co do połączenia zaimków hic ille por. Tacyt. An. 14. 22: hunc illum numine deum destinari credebant.

Nescia mens fastus, specimen pietatis et aequi, Conspicuus sanctae religionis apex.	
Plus illa veneranda die, qua parvus in antris, Creta, tuis vidit lumina prima Iovis,	20
Indigno miseri genitus maerore parentis, Quem ferus in tristem praecipitavit humum.	
Cum quo nata simul violenta superbia terras Invasit variis concomitata malis.	
Tunc primum caedes, periuria, bella, rapinae, Sacrilegaeque deos impetiere manus.	25
Tunc primum cecinit Titania virgo receptu Et dedit ignotae saucia terga fugae.	
Ipsa deum dominus, signum feritatis ut esset, Sumpsit in armatam fulmina saeva manum.	30
At simulac nobis Cricium pia fata dederunt, Antiquos referunt tempora nostra dies.	
Ferrea paulatim mollescunt saecula in aurum, Tollit honoratum iam Themis alma caput.	
Cardine non solito mutatus vertitur annus, Iam variat leges tempus et aura suas.	35
Ecce benigna suum non servat bruma tenorem, Annosi similem non meministis avi.	

18. apex, najwyższa ozdoba, por. Cic. sen. 17. 60: apex est senectutis auctoritas.

19. Łącz: (Cricii dies natalis) plus veneranda est illa die (abl. comp.), qua...

20. parvus... Jovis, jest nom. zam. Juppiter. Forma nom. Jovis znachodzi się u dawniejszych (Ennius, Varro) i późniejszych pisarzy rzym. (Appul. de deo Socr. p. 42. extr.).

21. indigno maerore, zam. cum (wśród) ind. maer. — parentis = Saturni.

22. ferus, scil. Juppiter. — in tristem humum = in Orcum.

23. Cum quo (scil. Jove), zam. zwykłego połączenia quocum.

24. Concomitata, biernie.

25. Tunc... rapinae, scil. prodierunt.

27. Titania virgo = Themis, córka Nieba i Ziemi. — receptu, dat. ściągnięta forma z receptui.

28. saucia terga, obrazowo, ze względu na to, że ród ludzki wykraczał przeciw prawu i sprawiedliwości.

29. Deum (=deorum) dominus = Juppiter.

32. antiquos... dies, o dniach za rządów Saturna.

33. mollescunt in aurum, t. j. zmieniają się w złoty wiek.

35. cardine należy do vertitur.

38. similem, scil. brumam.

Scribimus haec quamvis primi sub mense Decembris, Non querimur nobis obriguisse manus;	40
Nostraque ad hibernum iaceat licet ora Booten, Est nondum solita frigida facta nive.	
Surgere roscidulis flores miramur in hortis, Graminis aestivum nec cecidisse decus.	
Rura suas laetantur opes revivere, nec altam Umbriferas silvam deposuisse comas.	45
Herba novae segetis medias ostendit aristas, Exserit arrectum paeneque spica caput.	
Pastor agit saturas per amoena rubeta capellas Et tepidi sitiens fluminis haurit aquam	50
Praeteritique memor secum sic forsitan anni: »Hic fluvius iam nunc lubrica testa fuit«.	
I nunc, et Latiam nostris laudato Polonis Temperiem, et nullum quod timet Almo gelu.	

39. Po *quamvis* kładzie^{je} Janicki indie. i coniunct. — Elegię powyższą pisał poeta, jak to już zaznaczyliśmy we wstępnej uwadze, krótko przed 30. listopada, który był dniem urodzin Krzyckiego i po którym bezpośrednio następował dzień 1. grudnia. Czas ten określa poeta niezwykłym zwrotem »primi sub mense Decembris«, który oznacza »około miesiąca grudnia, a mianowicie jego początku« = »około początku miesiąca grudnia«. Primi jest objaśniającym dodatkiem do wyrazu Decembris. Co do znaczenia primi Decembris = z początkiem grudnia, por. Werg. En. 6. 453: primo... mense = z początkiem miesiąca. Podobne określenie czasu (jak w w. 39.) spotykamy także w Janick. Epigr. 27. w. 1.: »primae sub tempore brumae«. — *Sub* z *accus.* lub *ablat.* rzeczownika określa niekiedy tylko w przybliżeniu czas, w którym jakaś czynność się odbywa, azatem po polsku, *około*, *mniej więcej*.

41. Bootes-ae, gwiazda w pobliżu wielkiej niedźwiedzicy, konstelacyi na północnem niebie. — ora-ae, okolica, kraj.

43. roscidulus, adj. deminut. od roscidus, rosą okryty, zroszony; formy roscidulus nie spotykamy u pisarzy rzymskich, lecz dopiero u humanistów polskich i obcych.

46. comae, przenośnie o liściu drzew.

47. herba novae segetis, o zbożu w jesieni zasianem. — aristae, końce, wąsy kłosów; medias aristas, wąsy do połowy (swej długości).

48. Łącz: spicaque (kłos) caput arrectum paene exserit, (wychyla, wystawia). Por. Owid. Tr. III. 12. 12: Herbaque, quae latuit Cerealibus obruta sulcis, Exserit e tepida molle cacumen humo.

51. secum sic forsitan, scil. loquitur.

52. nunc, o tej porze, t. j. z końcem listopada. — lubrica testa, o gładkiej skorupie lodu.

53 i 54. zawierają apostrofę poety do rzeki. — I, płyn. — Latiam...

Talia Sauromatae sed nec videre priores, Sunt certe canis ista stupenda viris; In nostros cecidere dies, simulatque vocatus Gnesnenses Cricius pascere coepit oves. O nimium dilecte Deo! tibi deditus aether, Te cupiunt omnes demeruisse dei.	55 60
Te nix, te glacies, Boreas, te signa, planetae, Te nimbi, pluviae, grando, pruina colit. Ergo viri, cui cuncta favent, celebremus honorem, Si vir hic est, superat qui pietate Iovem. Nunc gaudere libet, nunc annua sacra Lyaeo Reddere, nunc placidos multa rogare deos. At tu sancta dies Cricium comiteris euntem Incolumi coeptae prosperitate viae, Donec adhuc illi totidem numeraveris annos, Tempus ad hoc Lachesis quot numerare dedit.	 65 70

temperiem, o włoskim, łagodnym klimacie. — Łącz: et (scil. laudato lub praedicato), quod Almo n. g. timet. — Almo, mała rzeczka w Lacyum, wypływająca koło Bovillae i wpadająca poniżej Rzymu do Tybru (dziś. Acquataccia). — Almo użył poeta na oznaczenie rzeki polskiej wogóle.

55. Sauromatae, o mieszkańcach Polski. — nec = ne... quidem.

57. In nostros cecidere dies, scil. talia, t. j. owe niezwykle zmiany w przyrodzie. — vocatus, scil. in sedem archiepiscopalem.

58. Król zamianował Krzyckiego arcybiskupem gnieźnieńskim z początkiem paźdz. r. 1535, a kapituła gnieźnieńska dokonała jego wyboru dnia 29. paźdz. r. 1535. Jednak uroczysty ingres do katedry gnieźnieńskiej odbył Krzycki dopiero dnia 21. kwietnia r. 1536. — Gnesnenses... oves, o wiernych dyecezyi gnieźnieńskiej.

60. omnes dei, poeta wyraża się w duchu wyobrażeń pogańskich, podobnie w w. 64. i 66.; te demeruisse, zam. demerere, przysłużyć się tobie, zobowiązać sobie ciebie.

63. Łącz: honorem viri.

65. annua sacra Lyaeo reddere, tu o sutej libacyi winnej ku uczczeniu urodzin Krzyckiego, raz w rok przypadających.

67. i 68. Myśl tych ww. trudnych do zrozumienia i wyjaśnienia jest nst.: »Obyś, święty dniu (urodzin), użyczył Krzyckiemu zupełnej szczęśliwości w drodze, którą rozpoczął«. — Do *euntem* należy prawdopodobnie domyślić się wyrazów »*viam, honorem*«. — *viae*, scil. *honorum*.

69. i 70. Poeta życzy Krzyckiemu, który urodzony r. 1482 liczył w czasie pisania tejże elegii 54 lat życia, by jeszcze raz tyle lat przeżył, t. j. by dożył wieku ponad 100 lat.

Elegia IV.

Obitum Stanislai Cmitae, Palatini Belsensis, deplorat.

Sic ego nil istum nisi funera flebo per annum,
 Nec nisi pullati carminis auctor ero?
 Sic mea, quae fuerat laetis assueta Camenis,
 Musa dabit maestos ante sepulcra sonos?
 Cur mihi materiam, Lachesis, tam saepe querelae 5
 Obicis, in luctus officiosa meos?
 Vix bene deflevi Cricium — deflere sed illum
 Sufficient vitae tempora nulla meae —
 Vulneris accepti nondum mihi clausa cicatrix
 Est prior, alterius vulneris ecce dolor! 10
 Eripuit patriae Cmitam mors atra minorem,
 Nondum matura cum foret ille die;
 Nondum illi crines aetas asperserat albos,
 Ruga nec egregias laeserat ulla genas.

Elegię IV. skreślił poeta w Krakowie w drugiej połowie listop. r. 1537, wkrótce po zgonie Stanisława Kmity, wojewody bełzkiego, który żył w bezzennym stanie i umarł bezpotomnie w sile wieku około połowy listop. r. 1537. Był on młodszym bratem potężnego magnata Piotra Kmity, wojewody krakowskiego. W elegii tej wyraża poeta, będący wówczas dworzanim Piotra Kmity, głęboki żal z powodu śmierci przedwcześnie zgasłego Stanisława, oraz kreśli pochwały jego i całego rodu Kmitów, dołączając zarazem słowa pociechy dla strapionego brata.

Tyt. Palatinus Belsensis, wojewoda bełzki.

1. Sic, tak więc, tedy, wskazuje na rzeczy powszechnie znane. — W r. 1537 opiewał poeta w żałobnych wierszach zgon Krzyckiego († 10. maja 1537) i śmierć Anny z Górki, żony Piotra Kmity, która przeniosła się do wieczności we wrześnie t. r.

2. pullatus, czarno ubrany, żałobny.

3. Camenis, przenośnie, zam. carminibus.

4. dabit maestos ante sepulcra sonos = edet sonos sepulcrales, condet carmina funebria.

7. Śmierć Krzyckiego opłakiwał poeta w kilku wierszach, jak w epigramie 28, 29, 30. a nadto w osobnej elegii p. t.: *In funere immaturo Rever. Patris et Dom. Andr. Cricii... colloquium Rei publicae et tumuli*, którato elegia, dotychczas niewydana, zachowała się bezimienne w rękopisie petersburskim kanonika Kilowskiego (sig. Lat. XVII. Fol. 59).

9. Vulneris accepti, z powodu śmierci Anny z Górki, żony Piotra Kmity (zob. uw. do w. 1.).

10. dolor, scil. me premit lub angit.

11. Cmitam minorem = Stanislaum.

12. foret = esset. — die = tempore, aetate.

13. albos = canos.

Sed furit aetatem Mors importuna per omnem	15
Et rapit ad caecas obvia quaeque manus.	
Non illam ratio generis, non tangit honorum,	
Non et opum aut quod tu sis puer, ille senex.	
Exigit horrendum quavis de gente tributum,	
Nec quemquam, qua sit condicione, rogat.	20
Sic Aquilo folium quavis a fronde revulsum	
Deicit, hibernos nuntius ante dies.	
Non platani discrimen habet, non praeterit ornos,	
Amittit proprias et Iovis arbor opes.	
Salva viret semper taxus, Stygis arbor amica,	25
A qua mortiferum toxica nomen habent.	
Scilicet interitus citior plerumque bonorum est,	
Et peragunt longos deteriora dies.	
Quot scelerum proceres canis albere videmus	
Flagitiisque annos aequiperare suis!	30
Cmita, quod omne suum factis melioribus aevum	
Tradiderat, superum tam cito inivit iter.	
Nam quid erat probius, quid erat laudatius illo?	
Quid bene possessas sanctius inter opes?	

16. obvia quaeque ad caecas manus, niewłaściwie, zam. obv. caecis manibus (dat.) — manus caecae, skryte, niewidzialne; por. Owid. Met. 12. 492: caecam manum versare.

18. non et, zam. neque. — sis, zam. es.

22. nuntius ante hib. d. = praenuntius hibernorum dierum, hiemis.

24. Iovis arbor = quercus, dąb. — et = etiam. — opes, bogactwa, zasoby, t. j. liście i żołądź.

25. taxus, tuja, rosła według podań starożytnych w królestwie Hadesa. Zob. Ovid. Met. IV. 432: Est via declivis, funesta, nubila taxo, Ducit ad infernas per muta silentia sedes.

26. mortiferum toxica nomen, fig. t. zw. hypallage adiect. zam. mortifera toxica; jagody drzewa taxus były trujące. — a qua toxica nomen habent, oczywiście według błędnych

zapatrywań starożytnych, którzy o etymologii w naszym pojęciu mieli nader słabe wyobrażenie; toxicum bowiem pochodzi od gr. τοξικόν, t. j. sok trujący, używany do nacierania strzał.

27. zamiast *et* stosowniejsem byłoby *at* lub *sed*.

29. scelerum proceres (= principes), mistrze w występkach. — caniorum (scil. capilli), siwe włosy.

30. flagitiis suis jest dat. Myśl: liczba lat ich wieku dorównywa liczbie ich występków.

31. aevum = vitam, aetatem. — factis melioribus (dat.)... tradiderat, poświęcił.

32. inivit, częstszą formą jest iniit. — superum iter = iter in caelum, patriam caelestem.

34. Łącz: inter bene possessas opes.

Hic est cum paucis nostro conspectus in aevo,	35
Qui titulos fumum diceret atque nihil.	
Quos igitur sumpsit, sumpsit compulsus, honores,	
Et numquam impositum sponte subibat onus;	
Non quia deesse sibi vires ad magna videret	
Vir magnae ad quodvis dexteritatis opus,	40
Sed quia cernebat, quantum est Res publica numen,	
— Heu, modo per turpes contemerata manus —	
Et quia felices nimium nimiumque vocabat,	
In quibus una animi solaque cura sui est,	
Quos non exagitat diversis vita procellis,	45
Et qui, quod rectum est, noscere tempus habent.	
Nec datur hoc illis, quos publica functio rerum	
Et trahit in varias sollicitudo vices.	
Ergo sequebatur tranquillae sancta quietis	
Otia cum domini iuncta timore Dei.	50
Una salus servire Deo, sunt cetera fraudes,	
Hic illi versus semper in ore fuit.	
Hinc odium thalami constans taedaeque secutum est,	
Et mansit lecti caelibis unus amor.	
Atque utinam non sic animum firmasset in illo,	55
Lenius haec nobis funera flenda forent;	
Aspiceres parvum nunc, maxime Cmita, nepotem,	
Viveret et nati multus in ore pater,	
Nec tremere summam domus inclinata ruinam	
Digna per aeternos salva manere dies.	60

35. cum paucis, w liczbie, wśród niewielu, małej garstki. — aevo = saeculo.

38. impositum opus, t. j. dostojęstwa i zaszczyty.

39. quia... videret, zam. videbat. — deesse czytać jako wyraz dwuzgłoskowy.

41. Indicat. w pytaniu zależnem spotykamy często u Jan.

47. hoc, scil. tempus noscere (zam. noscendi), quod rectum est.

Łącz: functio rerum et sollicitudo. — publica functio rerum, zam. functio rerum publicarum.

52. illi, t. j. Stanislao Cmitae.

55. in illo, t. j. in amore vitae caelibis.

56. forent, zam. essent.

57. maxime (scil. natu) Cmita; t. j. Piotr, brat zmarłego Stanisława.

58. Łącz: et pater multus in ore nati viveret. — Myśl tych słów nst.: twarz syna wiernie przypominałaby ojca.

59. domus = gens, scil. Cmitarum; tremere ruinam, ponieważ Piotr Kmita nie miał również dzieci, przeto zachodziła obawa wygaśnięcia rodu Kmitów.

60. Dignus z infinit., za przykładem poetów rzym.

- Qua nulla in nostris superest antiquior oris,
 Nulla fide, meritis, pectore, Marte, prior.
 Sumpseris annales Cmitarum, magna videbis
 Nomina et ut summo semper iere gradu. 65
- Quaesieris tumulos, Cmitas tibi saxa loquentur,
 Saxa tot et tantis invidiosa viris.
- Illustres animae — nam vos melioribus oris
 Despicere in terras est manifesta fides —
 Cernitis, ut vestri generis paene ultimus heres 70
 Ante sepulcralem est corpus inane forem.
- Cernitis, ut pompae veniunt, ut Parca triumphos
 Ducit et atratos laeta gubernat equos;
 Praecedit funesta cohors nigrique tumultus
 Et quatit infaustas concolor ordo faces. 75
- Fert eques eversum, non sic ut convenit, ensem 75
 Longaque in armata frangitur hasta manu.
- Talia ferales celebrant spectacula ludos,
 Pro maestisque gemunt aera agitata tubis.

61. Nulla, scil. domus. — Ród Kmitów należał do najstarszych w Polsce, gdyż znany jest w jej dziejach począwszy od wieku XIV. Także Stanisław i Piotr mężnie walczyli w bitwach pod Wiśniowcem r. 1512 przeciw Tatarom i pod Orszą r. 1514 przeciw Moskalom.

63. sumpseris, = si sumpseris; por. Werg. En. VI. 30; sineret dolor, zam. si sin. dol.

64. ut... iere, indicat. w pyt. zależnym; spotykamy go częściej u Jan.

65. quaesieris = si quaesieris. — saxa, kamienie grobowe, nagrobki kamienne. — Loqui z accus. por. str. 62 uw. 151.

66. invidiosa, wzbudzają zazdrość u...

67. Illustres animae, apostrofa poety do zmarłych przodków Kmity. — melioribus oris, zam. de mel. or.

69. paene ultimus heres, t. j. zmarły Stanisław Kmita. — ut...

est, indicat. w pyt. zależnym, podobnie jak w. 71. i 72. Porów. powyż. w. 41. i 64. (z uwagą).

70. ante sepulcralem forem, przed grobowym otworem = przed otwartym grobem. — corpus inane, ciało bez duszy, martwe.

71. pompae, orszak pogrzebowy.

72. equos atratos, kirem okryte.

74. concolor, t. j. czarny, w żałobne szaty odziany.

75. Był zwyczaj, że przed zwłokami dostojnej osoby jechał konno rycerz zakuty w zbroję z mieczem ku ziemi zwróconym (eversum ensem).

76. Przy końcu obrzędu pogrzebowego łamał jeden z przeznaczonych do tego aktu rycerzy na znak żałoby kopię i złamaną rzucał na ziemię. — in armata manu, zam. samego *abl.*

77. celebrant, uświetniają.

78. pro, przed.

- Magne Comes, tantae solus de sanguine gentis,
 In quo magnanimi conspiciuntur avi, 80
 Adde modum lacrimis, largos et comprime fletus;
 Nam pietas manes vincere nulla potest.
 Mens meminisse horret, satis, ah satis ora rigasti,
 Dimidium periit qua tibi nocte tui.
 Condoluere tuo Bachovia rura dolori, 85
 Natali quondam facta superba tuo.
 Turba ministrorum nocturna errabat in umbra,
 Et concussa sui funere luxit eri.
 Lucebant flammae quavis in parte domorum,
 Audisses querulos exulalare canes. 90
 Impia sidereos nox nube involverat ignes,
 Obscurum abdiderat Cynthia tecta caput.
 Neve polus tantum lacrimis fletuque careret,
 Protinus eiectas praecipitavit aquas.
 Infesti surgunt Boreae, multisque diebus 95
 Deicitur mixta plurima grando nive.
 Quodque magis stupeas, aberant hiemalia longe
 Tempora, adhucque suos bruma tenebat equos.
 Vicinis etiam tunc Sanus inhorruit undis
 Et subito ingentes fletibus auxit aquas; 100
 Cumque vadum praerberet heri peditique pateret,
 Mane rati tumidam vix dabat ille viam.

79. Piotr Kmita miał tytuł hrabiego (comes), nadany mu przez cesarza Maksymiliana, na którego dworze przez jakiś czas przebywał. — solus, scil. superstes lub relictus.

82. manes, tu o bóstwach podziemnych; poeta wyraża się w duchu wyobrażeń świata klas.

84. Dimidium tui periit, mowa tu o śmierci Anny z Górki, pierwszej żony Piotra Kmity, która umarła we wrześniu r. 1537 we wsi Bachowie (w Przemyskiem). Ta wieś, należąca do Piotra Km., była gniazdem rodzinnem Kmitów.

89. funere = casu funesto, calamitate.

92. Cynthia = luna. — tecta, scil. nubibus.

93. polus = caelum. — tantum, zam. unus.

94. eiectas... aquas, o deszczu.

97. aberant... tempora, był bowiem dopiero początek września.

98. adhucque... equos tenebat (= continebat), t. z. zima się jeszcze nie zaczęła.

99. Vicinis... Sanus inh. undis, (hypallage adjunct.), zam. Vicinus Sanus inh. undis. — Wieś Bachów leży nad Sanem.

101. pateret, był dostępny, można się było przeprowić.

- Saxa fragore crepant sub aquis et triste novumque,
Nescio quid, visa est ripa sonare mihi.
- Naiadum coetus montanaeque numina, nymphae 105
Dicuntur passis flesse per arva comis.
- Omnia luctus erat, maestissima cuncta videres
In tali tantae condicione domus.
- Quid tibi tunc animi, quae tunc lamenta fuerunt,
Nox tibi tunc, princeps optime, qualis erat! 110
Ipse ego te vidi stratis maerere iacentem,
Sic et ad exortam pervigilare diem,
Nec tamen incusare Deum, tenuisse querelas,
Quae possent animum dedecuisse tuum.
- Ergo pius simul et patiens fortisque fuisti, 115
Nec sors, quod de te perfida iactet, habet.
- Nunc quoque — nam lacrimas tibi busta reclusa reducunt,
Et maeror vires suscitatur inde suas —
- Nunc quoque te cohibe, vanos et mitte dolores;
Nam quid inaccessas vis reserare fores? 120
Nec gemitu potuit variis neque cantibus Orpheus
Reddere fatali stamina rupta manu.
- Omnia nata cadunt, numquam, ut cecidere, resurgunt,
Lex tantum solos non premit ista deos.
- Quod modo tu ploras, hoc ploravere priores, 125
Saepe suos gemit luppiter ipse mori.
- Mitius et certe communia damna feruntur,
Iustius, exemplo qui caret, ille dolet.
- Sed reor illa tuum plus auget causa dolorem,
Quod nihil e vobis iam superesse vides; 130

110. princeps optime, o Piotrze Kmicie.

112. Nec tamen, scil. vidi te; tego słowa należy domyśleć się także do tenuisse (= contin.) querelas.

114. dedecuisse, zam. dedecere.

116. Łącz: Nec sors perfida habet, quod de te iactet.

117. busta reclusa, t. j. z powodu śmierci brata Stanisława.

120. reserare fores, scil. regni

inferorum. Sens: Opłakiwaniem nie wskrzesisz zmarłego brata.

122. reddere stamina (scil. vitae), przenośnie, zam. reddere vitam — rupta fatali (= fati) manu = morte.

123. cadunt = pereunt, lub moriuntur. — ut cecidere, skoro raz zginęło, umarło.

124. lex ista = lex mortis.

125. modo = nunc.

127. Mitius, należy do feruntur.

Quodque tua in nato careas vel imagine fratris,
 Anxius es stirpis posteritate tuae.
 Crede Deo, confide Deo, — tua vota iuvabit,
 Respiciet iunctas cum pietate preces —
 Inque locum fratris spera, Comes inclite, natum; 135
 Saepe moram magno faenore reddit ager.
 Ver hiemem sequitur, sol nubila; sic tibi tandem
 Post gravia optatum tempora tempus erit.

Elegia VII.

In suo statim in Italiam adventu Stanislao Sprovio, Podoliae palatino, laudes
 Italiae perscribit.

Quam legis, Euganea tibi littera venit ab urbe
 Nomine Ianicii scripta manuque tui;

131. Łącz: tua imagine vel in nato (= filio) fratris careas; Piotr Kmita był bezdzietnym, podobnie jak Stanisław.

133. iuvabit, scil. Deus.

Elegia VII. jest listem poetyckim, wystosowanym do Stanisława Odrowąża Sprowskiego (ze Sprowy), wojewody podolskiego, który był jednym z dobroczyńców poety. Skreślił ją Jan. w połowie r. 1538, wkrótce po przybyciu do Padwy. Po kilku wzmiankach o współczesnych wypadkach historycznych opisuje w niej poeta piękności przyrody ziemi włoskiej i zalety jej mieszkańców, które w nim obudziły prawdziwy podziw. Wkońcu wyraża gorące pragnienie szczęśliwego powrotu do ojczyzny i oglądania swego dobroczyńcy, któremu życzy długiego żywota na chwałę narodu polskiego.

Adresatem tego listu poetyckiego jest Stanisław Odrowąż Sprowski,

syn Jana, wojewody ruskiego, pan dziedziczny na Jarosławiu i Zinkowie, starosta samborski i lwowski. W r. 1635 otrzymał on w 26. roku życia województwo podolskie, a w r. 1536 wstąpił w związku małżeńskie z Anną, ostatnią księżną mazowiecką. Świetne małżeństwo wzbilo go tak dalece w dumę, że odmówił posłuszeństwa samemu królowi, co go przyprawiło o utratę obydwu starostw. Dopiero w r. 1542 dał się król przebłagać i nadał mu województwo ruskie, opróżnione skutkiem śmierci jego krewnego, Stanisława Sprowskiego.

Tytuł: In suo statim adventu, zam. suo statim adventu, lub statim post... adventum.

1. Łącz: (Haec), quam legis littera, Ian. t. nom. man. scripta, ab urbe Euganea tibi venit. — Littera, zam. litterae (= list), za przykładem poetów rzym.; por. Owid. Tr. 4. 7. 23.; Her. 2. 1.; Mart. 10. 73. — Euganea ab urbe = Patavio.

Venit et optatam Sprovi tibi magne salutem
 Adfert, in multos laetaque cuncta dies.
 Hoc precor, hoc opto pro te, totisque diebus 5
 Ad dominos fiunt haec mihi vota deos.
 Si nova, per Latium quae sint, fortasse requiris
 In vestras a me digna venire manus,
 Copia vel potius rerum me turba fatigat
 Inque meo totum carmine miscet opus. 10
 Tot nova sunt, quot res; nova nam mihi cuncta videntur,
 Quaecumque istius laus regionis habet.
 Illa nimis vulgata voco, nec habenda novorum
 In numero, quia sunt iam tibi nota, puto:
 Caesaris et Galli tantum ad duo lustra furores 15
 Compositos studio, maxime Paule, tuo;
 Turcarum classem in Rhodiis hoc tempus harenis
 Perdere, consultam sicque tenere moram;

4. laeta cuncta, acc. plur., w znaczeniu rzeczownika.

5. pro te, zam. tibi.

6. ad dominos — deos, w duchu wyobrażeń pogańskich.

7. per Latium, zam. Italiam.

8. vestras manus, zam. tuas m. — digna venire; infinit. po dignus, są przykładem poetów rzym.

10. opus, wątek, treść.

11. nova nam; nam na drugim miejscu spotykamy wyjątkowo tylko u poetów; zob. Hor. Sat. 2. 3. 20.

12. istius... regionis = Italiae.

15. Wiersze 15—22, zawierające bliższe wyjaśnienie ww. 13—14, są gramatycznie zależne od słowa voco = commemoro.

15—16; Tu jest mowa o 10-letnim rozejmie, który za staraniem papieża Pawła III. zawarł w Nicei 18. czerwca r. 1538 Franciszek I, król francuski, z cesarzem Karolem V. Rozejm ten położył koniec wojnie wydanej przez Franciszka I. Karolowi V, gdy tenże po zgonie

Franciszka II. Sforzy, księcia Medyolanu, zmarłego bezpotomnie, usiłował jako legalny spadkobierca wziąć w posiadanie księstwo Medyolańskie. — Caesaris, t. j. Karola V. — Galli, Franciszka I., króla franc. — tantum ad duo lustra, tylko na 10 lat — furores, scil. belli.

16. maxime Paule, mowa tu o papieżu Pawle III. (1534—1549); epitet *maxime* dodany dlatego, że Paweł był papieżem, pontifex maximus.

17. Zdarzenia historyczne wzmiankowane w w. 17—22. odnoszą się do wojny, którą prowadzili w latach 1536 i 1538 Karol V. wspólnie z Wenecyanami i papieżem przeciw potężnej morskiej sultana tureckiego Solimana. W r. 1538 flota turecka pod dowództwem Chajredyna Barbarossy stała długo bezczynnie pod wyspą Rodus, później oblegała wyspę Korfu (Corcyra), ale bezskutecznie; gdyż Wenecyanie do-

Corcyrae portum Venetas subiisse carinas	
Otiaque in totos ducere tarda dies;	20
Hadriacos pedites parvi cepisse Broaci	
Moenia, Dalmaticum qua ferit unda latus.	
Haec nova sunt, fateor; sed longe plura supersunt,	
Quae foret immensus scribere cuncta labor.	
Auribus atque oculis nova sunt, quaecumque per omne	25
Sunt Latium, o magnis terra habitanda deis!	
Intueor caelum; caeli clementia et aër	
Est, qui Saturno regna tenente fuit.	
Tunc etenim perhibent luces fulsisse serenas	
Et nullos nebulis succubuisse dies.	30
Tunc nullas hiemes, nullos et grandinis ictus	
Frigoraque eiectae nulla fuisse nivis.	
Nec nisi fecundi flatum spirasse Favoni,	
Non Euros, Boreas, non fremuisse Notos.	
Continuos totum flores nituisse per annum,	35
Verna haec nescires esset an illa dies.	
Bis gravidis plenas tumuisse in vitibus uvas,	
Semper et in ramis poma stetisse suis.	
Assiduas segetes nullo sudante colono	
Tellurem facili suppeditasse solo.	40
Perpetuo volucres nemus omne agitasse susurro,	
Perpetuo suboli nidificasse novae.	

starczali im swymi okrętami żywności i broni.

20. in totos dies, zam. per t. d.

21. Hadriacos pedites, t. j. piechota Wenecyan. — *Broacum*, jest to nazwa małej, obwarowanej miejscowości na wybrzeżu Dalmacyi. Jest ona prawdopodobnie identyczną z dzisiejszem miasteczkiem Obrovač (Obrovazzo, Obroazzo), leżącym w powiecie Zara nad rzeczką Zermagna. Nazwy *Broacum* nie znalazłem w żadnym z dostępnych mi dzieł historycznych ani geograficznych. Wobec tego może byłoby wskazaniem poprawić wyraz *Broaci* na *Obroaci*.

24. foret, zam. esset.

26. Latium, zam. Italiam. — habitanda = digna, quae habitetur.

32. frigora eiectae nivis = frigida nix eiecta (scil. e nubibus).

36. Łącz: Nescires, (utrum) haec an illa dies verna esset. Myśl: Dni w ciągu całego roku nie różniły się od siebie ani co do długości ani ciepłoty, która była stale wiosenną.

38. in ramis (= in arboribus) poma stetisse suis, zam. sua (hypallage epitheti), t. j. właściwie.

40. facili solo (abl. caus.), skutkiem żyznej, urodzajnej gleby; solum, zam. humus lub gleba.

Tempora deliciis laetisque ivisse diebus, Aurea de vultu iure vocata suo.	
Haec ego in Ausonia, paulum aut diversa videre Cum magno videor paene stupore mihi.	45
Si specto mores hominum, iucundius illis Inter tot populos arbitror esse nihil.	
Nullus inest animis fastus, nec stulta superbi Verba supercilii colloquique tumor.	50
Miscetur placidis reverentia mutua verbis, Nec scio, si verus, sed tamen aptus amor.	
Omnia commendat quaedam festiva venustas, Comis et admixta cum gravitate decor.	
Maxima mundities, sed nulla profusio rerum Prodiga, quae partas non bene perdat opes.	55
Est modus in cultu utiliter servatus honesto Parcaque vestitus gratia, parca cibi.	
Ebrietas facinus tam detestabile, quam si Quis rapiat sacris munera sacra locis;	60
Non igitur quisquam, tantum Germana iuventus, Hinc exosa etiam, dedita, Bacche, tibi est.	
Ingenuas taceo mentes, iniuria quas si Provocat, ultrices concitat ira manus;	
Scilicet, ut de se tutam generosa relinquant Hosti laetitiam pectora, turpe putant.	65

43. Łącz: Tempora, de suo vultu iure vocata aurea (zwane złotymi), ivisse delec., laet. diebus. Czasy upływały wśród rozkoszy i wesołych dni.

45. Łącz: Haec, aut paulum diversa ego mihi videor... videre. Co do połączenia wyrazów videre... videor, por. Cic. am. 12. 41: videre iam videor populum.

49—50. zawierają myśl nst.: Niema dumy w sercu, zarozumiałości w słowach i nadętości w rozmowie. — verba, scil. sunt. — supercilium, o dumie, zarozumiałości.

52. Nec scio si... amor = Et amor (scil. miscetur), nescio, num verus sit, sed tamen aptus. —

Co do połączenia *nescio si* (= *num*), por. Plaut. Men. 1. 2. 33: sciam, si quid titubatum est.

56. non bene (= male) należy do *perdat*.

57. cultus, sposób życia.

58. gratia, upodobanie, dogadzanie.

59. facinus... detestabile (scil. est) jest nom. orzeczenia.

61. Non... quisquam, scil. tibi, Bacche, deditus est. — Germana iuventus, młodzież niemiecka, bawiająca na studyach w Padwie.

62. hinc, t. j. dlatego, że oddaje się pijaństwu.

65—66. Łącz: Scilicet generosa pectora turpe (esse) putant, ut ho-

- Ergo si non pax, tamen undique pacis imago est,
 Omnibus armatum lex vetat esse latus.
 Sic interdicto nemo praecingitur ense,
 Ni quod ab urbe procul suscipiatur iter. 70
 Contigit id paucis quodsi fortasse licere,
 Praescriptum cautae condicionis habent.
 Omnis abest belli facies, non tela nec enses
 Cernimus in medio concrepuisse foro.
 In tam segura Musarum turba quiete 75
 Versatur lauri fronde revincta caput.
 Nil igitur mirum, si magnos ista Marones
 Eloquiique tulit terra beata deum.
 Pace loquar patriae: quanto felicior essem,
 Haec me tam felix si genuisset humus. 80
 Non tamen idcirco, quoniam sic fata tulerunt
 Provida, Sarmatiae filius esse queror.
 Nulla sub immenso tellus est talis, ut illam
 Fas mihi sit terrae praeposuisse meae.
 Italiam miror, patriam venerorque coloque, 85
 Afficit illius me stupor, huius amor.

sti tutam laetitiam de se relinquunt.
 — Sens: Szlachetne serca uważają za hańbę, dozwolić wrogowi bezkarnie się cieszyć (tutam laet.) z wyrażonej im krzywdy. — Zamiast prawidłowego *infin.* położył poeta po turpe esse *ut z coniunct*; zob. C. G. *Zumpt*, *Lat. Gram.* § 623.

68. Łącz: Lex vetat omnibus esse latus armatum = omnes habere latus arm. Poeta wspomina o zakazie noszenia broni we Włoszech, celem znaczenia odmiennego zwyczaju panującego wówczas w Polsce, gdzie szlachta zwykle nosiła broń przy boku.

69. Co do zwrotu praecingi ense, por. Owid. *Trist.* II. 271.

70. Ni... iter, zam. nisi in itinere, quod procul ab u. suscipiatur.

71. Łącz: Quodsi fortasse paucis contigit id licere (*infin.* subj. =

ea licentia, t. j. wolność noszenia broni).

72. praescriptum jest rzeczownikiem.

75. Musarum turba versatur, przełożnie o rozkwicie poezji i umiejętności wogóle. — revincta, scil. turba Mus. — caput, accus. względu.

77. mirum (est), si = quod — Marones, t. j. tak znakomitych poetów, jak Wergiliusz Maro.

78. Eloquii... deum, o Cyceronie.

79. Pace loquar patriae, powiem bez urazy, ujmy dla ojczyzny, czyli, niech to ojczyzny nie obraża, co powiem; por. Owid. *am.* 3. 2. 60: pace loquar Veneris.

82. filius esse queror, grecezm; zam. prawidłowego accus. cum *infin.* po queror.

84. praeposuisse, zam. praeposere. — terrae meae = patriae.

Altera blanditiis animum tenet, altera magno Iure; haec hospitium dat mihi, at illa larem. Atque utinam detur quondam mihi posse reverti, Illius inque pios hinc remeare sinus,	90
Te quoque cum Cmita, si sunt ea fata, videre, Sed tunc, cum patria iam bene dignus ero. Interea, te quando frui praesente nequimus, Absentem cernam, qua mihi mente licet,	95
Perpetuoque illum mecum reminiscar amorem, Omni testatus quem ratione mihi es. Nunc quoque, nil dubito, testabere, quodque solebas Esse mihi exacto tempore, semper eris, Te modo cum regni spe summa et laude Poloni In multos servet Parca benigna dies!	100

Epigrammatum liber.

4. Ad pueros trocho ludentes.

Ut trochus hic rapidos torquet velociter orbis,
Sic tempus, pueri, vitaeque vestra ruit.
Sed trochus ut cecidit, repetito turbine surgit,
Tempora non surgunt, ut cecidere semel.

87. altera (= patria) magno iure scil. me tenet, t. z. jest prawem (obowiązkiem) moim kochać swoją ojczyznę.

88. larem, o stałem mieszkaniu.

89. detur mihi... posse; dari z infinit, za przykładem poetów rzym., zam. *ut* z coniunct. — quondam, o przyszłości, zam. aliquando lub olim, za przykładem poetów rzym.; por. Hor. sat. 2. 2. 82.: poterit transcurrere quondam; Werg. En. 6.877: nec Romula quondam se tellus

iactabit. — reverti, scil. in patriam.

90. hinc, t. j. z Padwy.

91. Cmita, t. j. Piotr Kmita; zob. o nim Wstęp str. 14.

94. cernam, podobnie jak reminiscar w. 95. są futura. — Łącz: cernam mente (myślą), qua m. lic.

95. mecum, w duchu.

98. semper eris, scil. id, quod solebas...

99. modo = dum modo, jeżeli tylko, byle tylko.

52. Ad Petrum Cmitam.

Multa quidem in Bembi Patavinis vidimus hortis,
 Vix alio cerni quae puto posse loco.
 Sed me praecipue delectavere virentes
 Lauri, dimensis turba locata locis,
 Aequis verticibus, ramis et frondibus aequis, 5
 Una aetas, facies omnibus una fuit.
 Bruma propinquabat, Bembus declive parari
 Desuper e iuncis praecipiebat opus,
 Sub quo nec pluvias, Boreae nec flabra timerent,
 Sit quamvis illis mitior ille locis. 10
 Indigena est nobis, hic totas colligit iras,
 Hic premit imperio cuncta rapitque suo.
 Non igitur poterit laurus, quam primus ad Arcton
 Ipse tuli, in tanto vivere nostra gelu;

Epigr 52. skreślił poeta z końcem r. 1540 lub na początku r. 1541 wkrótce po powrocie z Padwy do Krakowa. Po krótkiej wzmiance o troskliwej opiece, jaką kardynał Bembo podczas pory zimowej otacza drzewa wawrzynowe, rosnące w jego ogrodzie w Padwie, prosi Janicki Piotra Kmity, by tenże, podobnie jak Bembo wawrzynami, nim się zaopiekował; w przeciwnym razie jego talent poetycki zmarnieje wśród przeciwności, ubóstwa i cierpień fizycznych, jakie znosi w ojczyźnie.

1. Piotr Bembo (po łac. Bembus, ur. 1470 w Wenecyi, † 1547 w Rzymie), poeta, historyk i gramatyk, wielce zasłużony około czystości i wytworności stylu łac. i włoskiego. Polecał on jako wzory do naśladowania pisma Cycerona i Petrarki. Poświęciwszy się stanowi duchownemu, przebywał na dworach książęcych w Ferrarze, Urbino, Wenecyi i Padwie. W r. 1539 został kardynałem i doradcą papieża Pawła III. Willa jego Nonianum, położona na

